



**Modvs Frvctvose Celebrandi Missam**

**Giustinelli, Pietro  
Belli, Domenico**

**München, 1649**

Gratiarum actiones post Sacrum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55294](#)

*Celebrandi Missam.* 93

rum salute dedit in cibum, &  
inter distribuendum, in eius  
sacris vulneribus, intimo cor-  
dis affectu communicantium.  
**Deo commendabis animas.**

*Gratiarum actiones post  
Sacrum.*

**P**ER quartam horæ partem  
recolliges te intra teipsum,  
& ibidem ac si præsentem vi-  
deres IESVM Christum, qui  
jam sumptione diuini Sacra-  
menti, introgressus in te, se-  
quentes exercebis actus.

Primò, tanquam tuo vero  
Dio ac Domino, profundæ  
Adorationis præstabis actum.

Secundò, Gratiarum actio-  
nis, pro tanto beneficio.

Tertiò , amoris exhibebis  
actum.

Quartò , Contritionis tuo-  
rum delictorum,

Quintò , oblationis tui ipsius,  
ac totius tuæ vitæ.

Sextò , varias , hoc vel simili  
modo efflagitabis gratias.

*Oratio in qua supradicti coni-  
nentur actus.*

**C**lementissime Domine Ie-  
su Christe unice Seruator  
meus, rōto & intimo corde te  
adore ; & pro tanto beneficio  
immensas gratias ago. Et quia  
omni dignus es amore , supra  
omnia te amo : & doleo sic,  
quod non quantum mereris  
te amauerim, nec amem. Et